Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



147r

O exteram tuam sic notam fac • & eruditos (compeditos) corde in sapientia ⁊

Con uertere dne usque quo • & depre cabilis esto super seruos tuos ⁊

Repleti sumus mane misericordia tua • & exultauimus & delectati sum in omnibus diebus nris ⁊

Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti • annis quib, uidimus mala ⁊

Respice in seruos tuos & in opera tua • & dirige filios eorum ⁊

Et sit splendor dni di nri super nos • ÷ & opera manuum nrarum dirige super nos: •⁂ & opus manuum nrarum dirige: ⁊

LAUS CANTICI DAUID ⁊

Postulat prophetam dnm ut iustitiam suam aliqua lenitate retemperet · quatenus exorari possit apecatoribus · quibus iuste noscebatur iratus, usquequo quem prophete dixerunt uenturum · tardaberis dne ⁊

Narrat se prophetam esse laetum in illis tribulationibus · per quas humiliandum populum salutariter sentiebat ⁊

Splendor dni super nos est · quando crucis eius impressione decoramur, opera nostra diriget super nos · quando nobis donauerit uenia peccatorum, ut cum fuerimus peruersi · efficiamur eius correctione rectissimi ⁊

Dexteram enim dicit dnm saluatorem · petens ut ipse illis notus fiat · per quem omnia profutura discuntur ⁊ eruditus enim dicitur · quasi ex omni rure elicitus, ipse est enim diuitiis · quem hinc postulat non corporeis oculis · sed eruditos corde cognoscere ⁊

Repletum se dicit a misericordia, mane · id est lucida contemplatione · quoniam uir sos · dni praeuidebat aduentum, necesse fuit ut cor eius exultaret in laude · et delectaretur omnibus diebus uitae ⁊

Considera hic quibus uerbis pietatem boni iudicis inuitauit · ut primo diceretur · respice in seruos tuos · deinde in opera tua, quatenus et si factis suis ueniam non merentur accipere · eam per opera creatoris impetrarent ⁊

Laus cantici · est diuina laudatio, Dauid autem hic · ipsum prophetam dicit ⁊ qui primam partem huius psalmi · suaui relatione dicturus est ⁊